Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

homo. Unusquisq; ergo in quo
vocatus est frater: in hoc per
maneat apud deum. De virgini
bus autem preceptum non habeo domi
ni: consilium autem do tanquam miseri
cordiam consecutus a deo: ut sim
fidelis existimo enim hoc bonum
esse propter instantem necessitatem quo
niam bonum est homini sic esse. Alli
gatus es uxori: noli querere so
lutionem. Solutus es ab uxore
noli querere uxorem. Si autem acce
peris uxorem non peccasti: et si
nupserit virgo non peccavit.
Tribulacio tamen carnis habebit
huiusmodi. Ego autem vobis parco
hoc itaq; dico fratres. Tempus
breve est. Reliquum est: ut et
qui habent uxores: tanquam non
habentes sint: et qui flent ta
quam non flentes: et qui gaudet
tanquam non gaudentes: et qui
emunt tanquam non possidentes
et qui utuntur hoc mundo tanquam
non utantur. Preterit enim figura
huius mundi. Volo autem vos sine
sollicitudine esse. Qui sine uxore
est sollicitus est que domini sunt
quomodo placeat deo. Qui autem
cum uxore est sollicitus est que
sunt mundi: quomodo placeat ux
ori et dimisus est. Et inter nu
pta et virgo cogitat quod domi
sunt: ut sit sancta corpore et spi
ritu. Que autem nupta est cogitat quo
sunt mundi: quomodo placeat vi
ro. Hoc autem ad utilitatem vestram
dico: non ut laqueum vobis im
iciam: sed ad id quod honestum est
et quod facultatem prebeat: sine im
pedimento domino obsecrandi. Si
quis autem turpem se videri ex
istimat super virginem suam quod sit
superadulta et ita oportet fieri
quod vult faciat. Non peccat si
nubat. Nam qui statuit in corde
suo firmus non habens necessi
tatem autem habens suae voluntatis: et hoc iudicavit in corde
suo servare virginitatem suam bene
facit. Igitur et qui matri
monio iungit virginem suam bene fa
cit: et qui non iungit melius fa
ciet: et qui non iungit melius fa
ciet alligata est legi quamdiu
vivit vir eius. Cum autem dormierit vir eius: liberata est. Cui
autem vult nubat: tantum in domino. Be
atior autem erit: si sic permanserit
secundum meum consilium. Puto autem
quod et ego spiritum dei habeam.
De hiis autem que
idolis sacrificantur. Scimus
quia omnes scientiam habemus
Scientia inflat: caritas vero
edificat. Si quis autem se existimat
scire aliquid: nondum cognovit quo
modo oporteat eum scire. Si
quis autem diligit deum hic cogni
tus est ab eo. De escis autem que
idolis immolantur. Scimus quia
nichil est idolum in mundo. et quod
nullus deus nisi unus. Nam et
si sunt qui dicantur dii sive in celo
sive in terra: siquidem sunt dii multi
et domini multi: nobis tamen unus
deus pater ex quo omnia et nos
in illo. et unus dominus ihesus
xpistus per quem omnia: et nos per
ipsum. Sed non in omnibus est scientia
Cum autem cum scientia usque: tanq;
idoli. esti idolatrum manducent
et ossecuta ipsorum cum sit infirmum
polluitur. Esca autem nos non com
dat deo neque enim si manducave
rimus habundabimus: neque si non
manducaverimus deficiemus. Videte
autem: ne forte hec licentia vestra
offendiculum fiat infirmis. Si
quis viderit eum qui habet scientiam
in idolio recumbentem. Nonne con
scientia eius cum sit infirma edi
ficabitur ad manducandum idolo